SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter
Jahr: 1750
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN369547365
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365

LOG Id: LOG_0040
LOG Titel: Caput Vigesimum Secundum. Prunella molucca silvestris. - Twee en Twintigste Hoofdstuk. De Molukse wilde Bruinelle
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Lector animadvertere facile poteſt, incolas hoſce rudes per incantamenta multos intelligere naturales morbos, ac tali modo ubique in meis ſcriptis hoc accipiendum & intelligendum eſt, quum de incantamentis vel Oebat ſwangi mentionem facio.

Licet diffiteri haud poſſim, diabolum per ſuos famulos multum efficere poſſe in homines credulos & a Deo relictos, tam Chriſtianos quam gentiles; ita ut qui incantamenta neget, genios negat, quique hos diſſimulat, ſimilis eſt Saduceis, viamque aperit Atheismi. Nos tamen Chriſtiani ſcimus equidem, diabolum non per ſucços & herbas, ſed per ſupplices preces ac certam in Deo fidem propellendum eſſe. Hujus porro ſuccus itidem propinatur & oculis inſtillatur, ac contuſa ejus folia pulſui inponuntur, ad febrium ardorem minuendum, quod maxime in iis prodeſt. A mulierculis quoque bibitur ad menſtrua provocanda, hujus tamen rei nullum vidi effectum, eſtque ingratus, ſi potetur, ob gravem ejus odorem ac ſaporem.

Nomen Ayloaba obtinuit, quum folia ejus adhibeantur in quibusvis rubris pigmentis, quæ albis miſcentur filis, ut colorem contrahant intenſum & firmum, immo ipſi adduntur Caſſombæ.

Ex Ternata tres aliæ *Lire* ſpecies transmiſſæ ſunt, uti primo *Lire petola*, quæ folia gerebat ſubrotunda, ſubtus punctata, fere inſtar veſtimenti Petola. Secundo. *Lire papoua*, quæ folia gerebat anguſta & circinnata. Tertio. *Lire kitsjil*, quæ foliola habebat anguſtiſſima, ac craſſo modo dentata, hæque tres ſpecies in hortis plantantur magis ad ornamentum, quam ad uſum medicum.

Tabula Decima Tertia

Ad Figuram primam *Prunellam* exhibet Moluccam hortenſem *latifoliam*.
A. & B. *Folia* exhibent *anguſtifoliæ* ſpeciei.
Figura ſecunda *Prunellam* denotat *Moluccam ſilveſtrem albam*.
Figura tertia *Prunellam* ſiſtit *Moluccam ſilveſtrem rubram*.

Den Leezer kan wel merken, dat deze ſimpele Inlanders onder tovery veele natuurlyke ziektens verſtaan, en zoo moet men 't ook overal in myne ſchriften nemen, als ik van Tovery en Oebat ſwangi handele.

Hoewel ik niet ontkennen wil, dat den duivel door zyne dienaars veel vermag op ligtgelovige, en van God verlatene menſchen, zoo wel in als buiten het Chriſtendom; zoo dat wie tovery ontkent, die ontkent de geeſten, en die de geeſten ontkent, is zoo goed als een Saduceër, en baant den weg tot Atheiſtery. Nogtans zoo weeten wy Chriſtenen ook, dat den duivel geenzints door ſappen en kruiden, maar door een vierig gebed, en vaſt vertrouwen tot God moet verdreeven werden. Anders werd dit ſap gedronken, ook in de oogen gedruipt, en de gekneusde bladeren op de pols gebonden, om den brant in de koortſe te verminderen, daar 't zeer goed doet. De vrouwen drinken hem ook om de maandſtonden te verwekken, dog daar van heb ik geen ſucces gezien, en hy is wat vies om in te nemen, wegens zyne ſterken reuk en ſmaak.

De naam Ayloaha *beeft het gekreegen, om dat de bladeren gebruikt werden by alle roode verwen, die ze by 't witte gaarn doen, om 't zelve een hooge couleur en vaſtigheid te geven, zelfs by de Caſſomba.*

Uit Ternaten zyn nog drie andere zoorten van Lire *toegezonden; als* 1. Lire petola, *het hadde rondagtige bladeren van onderen geſpikkelt, ſchier als 't kleedje Petola.* 2. Lire papoua, *had ſmalle gekrulde bladeren.* 3. Lire kitsjil, *had zeer ſmalle en grof gezaagde blaadjes, werden alle drie in de hoven geplant, meer tot cieraad, dan tot medicinaal gebruik.*

De Dertiende Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur de tamme *breedbladige* Molukſe *Bruinelle*.
A. en B. wyzen aan de bladeren van de *ſmalbladige* zoorte.
De tweede Figuur wyſt aan de *wilde witte Molukſe Bruinelle*.
De derde Figuur wyſt aan de *wilde roode Molukſe Bruinelle*.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Prunella molucca ſilveſtris.

Veræ Prunellæ ſilveſtres ſpecies minores ſunt quoad formam & folia, ac dividuntur in albam, rubram, & rotundam.

Primo. *Prunella ſilveſtris alba* ſeu *femina* caules gerit rotundos, firmos, parumque rugoſos, per terram magna ex parte prorepentes, quique ad articulos fibrillas terræ inplantant, atque ad ſpithamæ ſpatium ſeſe iterum adtollunt, haud multos laterales emittentes ramos.

Folia in amplis locantur interſtitiis, bina ſibi obpoſita, ac quatuor ſimul obliquam formant crucem, illis Betonicæ quodammodo ſimilia, ſed latiora, minorem circiter digitum longa, ac binos lata, ad oras craſſe & ample dentata, ſed non profunde, in obtuſum apicem excurrentia, rugoſa, & acutis pilis obſita, craſſa, fragilia, ſique frangantur, crepitantia, ſuperius pallide virentia, inferius albicantia, & quodammodo ſplendentia inſtar ſerici denſioris, quædam aliquid fuſci ad oras gerunt, ſaporis & odoris ingrati & ſilveſtris, ſine acrimonia vel ardore. Caulium vertices curtam craſſamque gerunt ſpicam, ex rugoſis & pallide virentibus ſquamis & foliolis compoſitam, inter quæ pauci quidam craſſique eminent pili, qui poſt florum lapſum in calicibus ſuperſunt.

Flos ex longo conſtat tubo, albus eſt, ſuperius in quinque rotunda labia ſeu petala diſtinctus, in quorum fundo filamentum locatur. Poſt illum in calice reperitur capitulum acutum, in quo latet fuſcum granulum. Radix ſimplex eſt, alba, longa, transverſaliter repens, ac paucas gerens fibrillas.

Alba hæc aliam porro habet varietatem magis erectam, ſesquipedem alta, cujus folia inferius perfecte alba ſunt inſtar ſerici. Floſculi ejus eandem formam habent, ſed tubus albus eſt ac petala flava, poſt quos granulum plerumque reperitur, quum prior ſterilis plurimum ſit.

Secundo.

TWEE EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Molukſe wilde Bruinelle.

DE regte wilde zoorten van Bruinelle zyn kleinder van gewas en bladeren, en men verdeelt ze in witte, roode, en ronde.

I. Witte wilde Bruinelle *of 't* Wyfken, *heeft ronde, ſtyve, en wat ruige ſteelen, die meeſt op de aarde kruipen, by de knien weder inwortelen, en dan omtrent een ſpan hoog haar verheffen, zonder veele zydetakken.*

De bladeren ſtaan in wyde leden, twee en twee tegens malkander, en maken met hun vieren een ſcheef kruis, die van Betonica eenigzints gelyk, dog breeder, omtrent een kleine vinger lang, en twee vingeren breed, aan de kanten grof en wyd getant, dog niet diep, en met een ſtompe ſpitſe, ruig, en met ſcherpe hairtjes bezet, dik, bros, en in 't breeken krakende, boven bleek, doods-groen, beneden witagtig, en eenigzints glimmende als Sattyn; zommige hebben ook wat bruins aan de kanten, onaangenaam en wild van reuk en ſmaak, zonder ſcherpigheid of bitte. De toppen der ſteelen dragen een korte, dog dikke aaire, van ruige en bleek-groene ſchubben en blaadjes gemaakt, daar tuſſen weinige zwarte aairen uitkyken, dewelke na 't afvallen der bloemen in den kelk zyn ſtaan gebleeven.

De bloem is langhalſig, wit, boven in vyf ronde lippen of blaadjes verdeelt, daar een draadje in ſtaat. Na dezelve vindt men in haar kelkje een ſpits knopje, daar een bruinagtig zaadkorreltje in ſchuilt. De wortel is enkel, wit, lang, dwers kruipende, en met weinige vazelingen.

De witte heeft nog een veranderinge, die meer overeind ſtaat, anderhalve voeten hoog, en wiens bladeren van onderen regt wit zyn als Sattyn. De bloempjes zyn van het zelve fatzoen, maar aan de hals wit, en boven geel, na dewelke men ordinaris een zaadkorreltje vindt, daar het voorgaande meeſt onvrugtbaar is.

II.

Secundo *Prunella ſilveſtris rubra*, ſeu *mas* modo creſcendi priori ſimilis eſt, internodia vero magis diſtant, ita ut folia gerat quam maxime vaga & rara; Caules ejus quoque rotundi ſunt, ac ſuperius parum quadragoni, obſcure virentes cum fuſco intermedio colore, firmi, ac vix culmum craſſi.

Folia ejusdem ſunt formæ, ſed majora, vix dentata, & ad oras ſinuoſa, ſuperius piloſa, rugoſa, & obſcure virentia, inferius purpurea, ſed non tam viridia, quam domeſticæ ſpeciei, albo intermixto colore, ſpicæ rariores gerunt ſquamas, cæterum easdem barbas ſeu pilos, & albos flores, in bina petala diſtinctos, quorum ſupremum retroflexum, ac bifidum eſt.

Tertio. *Prunella ſilveſtris rotunda*, non differt a priore, excepto quod magis per terram prorepat. Ejus folia breviora & rotundiora ſunt, craſſe & raro dentata, quædam inferius alba, quædam ex albo & purpureo colore mixta, unde & alii binas ejus componunt ſpecies. Spica ex raris conſtat ſquamis. Flos albus eſt, & ejusdem formæ.

Plures ejus ſingi poſſent ſpecies, quæ in ſcopulis & ad litus creſcunt, ſed ſunt tantum prioris Varietates, unde & inutile eas deſcribere, omnes autem florent ultimis pluvioſis menſibus Julio & Auguſto, aliis vero temporibus raro florent, omnesque facile ex peculiari ſuo ſilveſtri odore dignoſci poſſunt, & quot etiam ſunt ipſarum varietates, ſi intra manus conterantur, ipſarum ſuccus ex fuſco viridis eſt. Nullum obſervant anni tempus, vel eandem formam, uti & Bugula & Prunella in noſtra patria, in quavis fere regione peculiarem habent formam, inter binas vero iſtas plantas hæ herbæ mediæ ſunt tam formâ, quam viribus.

In binis prioribus ſpeciebus folia præbent Characterem foliorum Solani, ſed maxime in rubra ſpecie, una enim foliorum pars plerumque brevior eſt altera.

Nomen. Latine *Prunella Molucca ſilveſtris.* Malaienſe ignotum eſt, excepto generali nomine *Ubat ſwangi*, acſi Latine diceretur *Averrunca*, quia averruncat ſpectra, & Sagarum maleficia. Amboinice *Aylo aba utan* cognomine albæ & rubræ, alba autem peculiariter vocatur *Taunui*, h. e. averrunca ſpectrorum, *Unui* enim nominant Amboinenſes, quod Malaienſes *Sumangat* vocant, h. e. genii homines ſervantes, & extra ipſorum corpora habitantes, ſeu uti nos Chriſtiani, quisque ſuum Angelum, vocamus. In Hitoëa nominatur *Aylaun nya*, atque inde Latine *Ophyocolla* dici poſſet, h. e. ſerpentum viſcum ſeu herba, ob ſequentem rationem. Confiteri enim oportet a Bugula & Prunella parum differre, unde & peculiare ipſi competit nomen. Ternatice *Lire lire*, ac quibusdam *Gorumi dodo*, h. e. valens contra Lemures & ſagas. Javanice *Daun ila ila*, & *daun Sjurare.* In Luhoa *Aylaun mamulin*, ſeu *Mebu mamulin.* Balayice *Dindinghay*, h. e. defende ſolem.

Locus. Semper in umbroſis creſcunt locis ſub ingentibus arboribus, in vallibus, & ad montium pedes. Rubra autem ſpecies quam elegantiſſime creſcit in Sagus ſilva. Rotunda plerumque in ſilvis circa litus ſcopuloſum. Alba ſub arboribus humilibus in collibus.

In hortis quoque & circa hominum ædes plantantur, ubi magis luxurioſe, altiores, & amplioribus foliis excreſcunt.

Uſus & *Vires.* Omnes hæ herbæ frequenter in uſu medico adhibentur, ſed potiſſimum ad morbos ſuperſtitioſos, cum quibus naturales confundunt & tegunt, primo enim efficaces cenſentur contra quævis incantamenta, vel noxas a malignis hominibus alicui adlatas, quos Malaice *Swangi* ſeu *Peliſſit*, & factum ipſum *Peliſſittan* vocatur.

Si quis terrefactus ſit a ſpectris viſibilibus & inviſibilibus, tum ambas haſce ſumunt herbas, albam nempe & rubram, quas inter manus conterunt, ipſarumque potus propinatur, quo infectum obliniunt hominem per totum corpus, vel talem in aqua lavant, in qua hæ herbæ incoctæ fuere, cæteroquin quibusvis conducunt hominibus febricitantibus, tam ſi ipſarum ſuccum potant, quam ſi in ipſarum aqua lavantur, in qua hæ herbæ leviter coctæ fuere. Si rubræ ſpeciei folia inter manus conterantur, & ſuccus expreſſus oculis inſtillatur, quum ſol occidat, expreſſamque herbam ad ſolem abjiciunt, quaſi indicare vellent, ſolem ſecum vehere morbum. Hæc itaque ratio eſt nominis *Averruncæ*, ſeu *Ubat ſwangi.*

Secun-

II. Roode wilde Bruinelle *of 't* Manneken, *is aan wasdom de voorige meeſt gelyk, de leden ſtaan wyder van malkanderen, zoo dat het zeer ydel van bladeren is. De ſteelen zyn ook rond, maar boven wat vierkant, donkergroen met bruin gemengt, en ſtyf, ſchaars een ſtroobalm dik.*

De bladeren zyn van het zelve fatzoen, en grooter, donker getant, met bogtjes aan de kanten, boven hairig, ruig, en donker-groen, beneden purperagtig, dog zoo levend niet als de tamme, maar met wit vermengt. De aairen hebben weiniger ſchubben, anders dezelfde baarden of hairen, en witte bloemen, in twee blaadjes verdeelt, waar van het bovenſte agterwaarts ſtaat, en gekloven is.

III. Ronde wilde Bruinelle, *verſchilt niets van de voorgaande, behalven dat het meer langs de aarde kruipt. De bladeren zyn korter, en ronder, grof en donker getant, zommige beneden wit, zommige met wit en purper gemengt, weshalven andere twee zoorten daar van maken. De aaire is van weinige ſchubben gemaakt. De bloeme wit, van het zelve fatzoen.*

Men zou 'er al nog meer zoorten konnen uit vinden, die op klippen en aan ſtrand waſſen, dog het zyn maar veranderingen van de voorgaande, dierhalven onnodig te beſchryven. Alle bloejen in de laatſte regenmaanden Julius en Auguſtus; op andere tyden ziet men zelden bloemen daar aan, ook kan men alle aan haar byzondere wilde reuk kennen, hoe veele veranderingen zy ook hebben, als men ze tuſſen de handen vryft, en haar ſap is bruin, met groen gemengt. Zy houden geen vaſt ſaizoen, of eenderlei fatzoen, gelyk mede de Bugula of Senegroen, en de Bruinelle in 't Vaderland, ſchier in ieder landſchap een byzondere gedaante hebben, tuſſen welke beide deze kruiden wyſſelen, zoo wel in gedaante als in kragten.

In de twee eerſte zoorten ziet men aan de bladeren ook eenigzints den Characterem Solanorum, dog meeſt in de roode zoorte, want gemeenlyk ziet men de eene helft aan de bladeren korter dan de andere.

Naam. *In 't Latyn* Prunella Molucca ſilveſtris; *in 't Maleits is ze onbekent, behalven den generalen naam* Ubat ſwangi, *als of men in 't Latyn* Averrunca *zeide,* Quia averruncat ſpectra & ſagarum maleficia; *op Amboina* Ayloaha utan, *met den bynaam van wit en rood. De witte werd in 't byzonder* Taunui *genoemt, dat is* Averrunca ſpectrorum; *want* Unui *noemen de Amboineeſen 't geene de Maleyers* Sumangat *hieten, dat is, geeſten, die den menſch bewaren buiten 't ligbaam wonende, of die wy Chriſtenen een ieder zynen Engel noemen. Op Hitoe noemen zy 't* Aylaun nya, *en daar van mogt men 't in 't Latyn* Ophyocolla *noemen; dat is Slangenlym-kruid, om de volgende reden: Want ik moet bekennen, dat ze van Bugula of Prunella wat verſchillen, en daarom wel een eigen naam meriteeren. Op Ternaten* Lire lire, *en by zommige* Gorumi dodo, *dat is,* Valens contra lemures & ſagas; *op 't Javaans* Daun ila ila, *en* Daun sjurare; *op Luhoe* Aylaun mamulin, *of* Mehu mamulin; *op 't Baleits* Dindinghay, *dat is beſcherm de zon.*

Plaats. *Zy waſſen altyd in ſchaduwagtige plaatſen, onder groote boomen, in valleyen, en aan 't hangen der bergen. De roode zoorte op 't ſchoonſte in 't drooge Sagoeboſch. De ronde meeſt in boſſen omtrent het ſtrand, daar 't wat klippig is. De witte onder laag geboomte, op heuvelen.*

Zy werden ook in tuinen en omtrent de woningen der menſchen geplant, daar ze weeldriger, booger, en met breeder bladeren opſchieten.

Gebruik *en* Kragten. *Alle deze kruiden werden veel in de Medicynen gebruikt, dog meeſt tot ſuperſtitieuſe ziektens, daar ze de natuurlyke mede bedekken, en vermengen; want voor eerſt werden ze kragtig gehouden tegen allerlei betoveringen, of ſchade van kwade menſchen iemand aangedaan, die men in 't Maleits* Swangi, *of* Peliſſit, *en de daat zelfs* Peliſſittan *noemt.*

Als iemand ontſtelt is, door ontmoetinge van zienlyke en onzienlyke ſpooken, alsdan nemen ze beide deze kruiden witte en roode, vryven ze tuſſen de handen, drinken den ſap daar uit, en beſtryken den geinfecteerden menſch daar mede over 't gehele lyf, of waſſen ze in water, daar deze kruiden in gekookt zyn, anders zyn ze dienſtig alle koortſige menſchen, zoo wel den ſap ingedronken, als in 't water gebaad, daar in deze kruiden ſlappelyk opgekookt zyn. Den ſap van de roode bladeren tuſſen de handen gevreeven, en uitgedrukt, druipen ze ook in de oogen, als de zonne aan 't dalen is, en goojen het uitgedrukte kruid de zonne na, willende zeggen, dat de zonne de ziekte met haar zal wegvoeren. Dit is dan de rede van den naam Averrunca *of* Ubat ſwangi.

De

Secundum nomen *Aylounia* derivatum erit ab hoc caſu ex Hitoenſium relatu, qui ipſorum tempore accidit. Vir quidam in ſilva anguem cæderat, ita ut fruſta poſt ſe traheret, dein alium videbat ſerpentem prorepentem, & hanc herbam in ore gerentem, quam maſticabat, hancque in fauciatum exſpuebat, qui brevi poſt curatus erat & prorepebat, unde & ab ipſis vulgo creditur fauciatos angues ſeſe hac curare planta. Hinc itaque homines edocti ſunt, haſce herbas eſſe vulnerarias, atque virtutem habere conſolidantem, ad quævis enim vulnera carnoſa, rubra & alba eligitur ſpecies, ſi aliquid rubri modo huic permixtum ſit, quas ore maſticant cum & etiam ſine pauca Zingiberis minoris quantitate, harumque ſuccum vulneribus inſtillant, ac maſticatam ſuperinponunt herbam, præferunt ore maſticatam, & non inter manus contritam herbam, quum primum magiſtrum, ſerpentem nempe, ſic viderunt præparare.

Eadem paſta articulis etiam inponitur luxatis, ac ſucco totum fricant corpus, ſi quis lancinationem vel artuum dolores ſentiat, quod ipſis ſine dubio pro incantamento habetur.

In morbillis, qui Malaice vocantur *Saramba*; Ternatice *Sahoſſo*, Bandice *Moræ facul*, h. e. ſcabies rubra, ſuccus rubræ ſpeciei propinatur ad illos expellendos, maturique lavantur decocto foliorum, quod non frigide ſed tepide fieri oportet, uti quidam male id frigide peragunt, unde retroeunt.

Baleyenſe obtinuit nomen *Dindinghay*, quia inferiorem ſeu rubram foliorum partem ſollicite videtur hæc planta ſervare & arcere a ſole, nulla enim rubedo in hiſce adparet herbis, ſi ipſis adſtamus, vel quia ipſarum ſucco facies oblinita, & ejus rubedo curatur, quæ Germanis *pulchra* dicitur, cum alicujus facies quam maxime rubet, vel ab interno ardore vel a Solis æſtu.

Foliorum ſuccus cum aceto propinatus mulieribus menſtrua procurat. Rubræ ſpeciei folia contrita in febribus fronti, pulſui manuum, & ſub plantis pedum inponuntur, addito pauxillo aceto, quod febricitantes refocillat homines, & ardorem adtrahit.

Hinc itaque patet, cunctas haſce Moluccas Prunellas in vulnerum & febrium curatione convenire tam cum Bugula, quam Europæorum Brunella. Sic quoque Amboinenſes nomen *Ayloaba* inponere volunt Brunellæ veræ ſeu domeſticæ, quæ in præcedenti deſcripta fuit capite, quum hæc ad filorum pigmentum adhibetur, neutiquam autem ſilveſtri, quam modo *Aulounya* vocant. Nomen *Ayloun mamulinam*, ſeu in Leytimora *Mamurin* inponitur quoque *Gendaruſſæ nigræ*, quum hæc cunctos quoque malignos genios & ſpectra avertit, præſertim in ſolitariis ſilvis.

Abdul Rackman, præſes quondam Hilæ narravit mihi egregium experimentum hujus ſilveſtris Brunellæ, quod vidit in quodam amicorum ſuorum, qui a Crocodilo morſus fuit in brachio, ita ut fruſtum ejus abſtulerat, quod vulnus curatum fuit foliis albæ & rubræ ſpeciei ſimul contritis & vulneri inpoſitis, quavis autem vulneris denudatione recens ſumenda eſt herba.

De tweede naam Aylounia, *zal 't hier van gekreegen hebben na 't verhaal der Hitoeſen, 't welk in haren tyd zal gebeurt zyn: zeker man hadde in 't bos een ſlange gekapt, dat ze de ſtukken naſleepte, daar op zag hy een andere ſlange komen, met dat kruid in de mond, 't welk zy kaauwde, en de gekwetſte ſlange daar mede beſpoog, dewelke kort daar na weder bekwam, en weg kroop, en 't werd by haarlieden in 't gemeen gelooft, dat de gekwetſte ſlangen haar met dit kruid geneezen. Hier van hebben dan de menſchen geleerd, dat dit wondkruiden zyn, en een heelende kragt hebben, want tot alle verſe vleeswonden nemen ze de roode zoorte of ook de witte, daar maar iets roods aan is, knaauwen ze in de mond met, en ook wel zonder een weinig kleine Gember, druipen 't in de wonden, en binden het knaauwzel boven op: zy willen 't in de mond geknaauwt, en niet in de handen gewreeven hebben, om dat zy den eerſten meeſter, te weten de ſlangen, zulks aldus hebben zien doen.*

Het zelve knaauwzel werd ook gebonden op verſtuikte leden, en den ſap ſtryken ze over 't geheele lyf, als iemand ſteekten of weedom in de leden gevoelt, 't welk ze buiten twyffel voor betoveringe houden.

In de Maſelen; in 't Maleits Saramba; *in Ternaten* Sahoſſo; *op Banda* Moræ facul, *dat is* roode Schurft *genaamt, geeft men den ſap van de roode zoorte te drinken, om ter deegen uit te dryven, en de rype waſt men met het decoctum der bladeren, 't welk niet kout, maar laauw moet zyn, gelyk zommige kwalyk doen, en de maſelen daar mede weder injagen.*

Den Baleitſen naam Dindinghay *heeft het gekreegen, om dat het zyne onderſte of roode zyde ſchynt zorgvuldig voor de zonne te willen bewaren, want men niets roods aan deze planten ziet, als men daar voor ſtaat, of om dat den ſap op 't aangezigt geſtreeken, geneeſt de roodigheid: by de Duitſen* de Schoone *genaamt; als iemands aangezigt zeer rood werd, of door een inwendige brand, of door de hitte der zonne.*

Den ſap der bladeren met azyn gedronken, verwekt de vrouwen hunne maanſtonden. De bladeren van de roode zoorte gevreeven, werden in de koortſen op het voorhoofd, op de pols der handen, en onder de voetzoolen gebonden, wat azyn daar by doende, 't welk de koortſige menſchen verkwikt, en den brand uittrekt.

Hier uit blykt dan, dat alle deze Molukſe Bruinellen in 't heelen van wonden, en geneezen der koortſen, gemeenſchap hebben, zoo wel met het Senegroen als Europiſſe Bruinellen. Zoo willen ook de Amboineeſen den naam Ayloaha, *eigentlyk aan de tamme Bruinelle geven, in 't voorgaande Hoofdſtuk beſchreeven, om dat dezelve tot het gaarn-verwen gebruikt werden, en niet de wilde, die ze ſlegts* Aylounya *noemen. De naam* Ayloun mamulin, *of op Leytimor* Mamurin, *werd ook gegeven aan de* Gendaruſſa nigra, *om dat dezelve alle kwade geeſten en ſpoken verdryven zal, zonderlyk als men in eenzame boſſen gaat.*

Abdul Rackman, *geweze Regent van Hila, verhaalde my een treffelyk experiment van deze wilde* Bruinelle *aan een van zyne vrienden gezien te hebben, den welke de Kayman een ſtuk uit zyne arm gebeeten hadde, dezelve zoude geneezen zyn met de bladeren van 't witte en roode zoorte, t'zamen gekneuſt en op de wonde gebonden, t'elkens een vers kruid nemende by ieder verband.*